

EMBLEMA LXXXIII.

Pietate & armis.

LXXXIII.

Operis planabunt aspera iunctis.

Nulla salus bello, pacem sed poscimus omnes;
 Bello si qua venit pax, pretiosa venit.
 Ius tamen, aut quenquam si pax compellat ad arma,
 In bellum pulsâ ne pietate ruat:
 Sed pietas iusto iungat cum Marte laborem,
 Et simul ad pacem planet vterque viam.
 Martis enim durum est, & saxa per aspera tendit,
 Nî Pietas, armis iuncta, gubernet iter.
 Imo probant nunquam cælestia numina Martem,
 Impius is sociâ si pietate caret,

Inde